

Petrus Episcopus Pohnaniensis
 Joanni Laski Archiepiscopo Gne:
 snensi Primati Legato nato.

185

Reverendissime in Christo Pater et Do:
 mine Colendissime. Nuntius Reverendis:
 sime Dominationis Vestre invenit me
 languentem, qui ut cumque gratia Dei
 jam convalesco, adhuc tamen Domo non
 prodeco et proinde brevius illi scribere co:
 gor. Ago eidem Reverendissime Domina:
 tionis Vestre immensas gratias, quod de
 allatis mihi tandem literis meis ex Urbe
 et mea promotione ad Episcopatum Po:
 Inaniensem gratulatur, letaturque sua
 veterem erga Me gratiam et favorem
 equidem et ego, ut in Minoribus confue:
 vi Reverendissime Dominationi Ve:
 stre servire et obsequi, ita et in his
 majoribus fortunis ad quas Dei benigni:
 tate sum proventus, nihil mutatus ab
 illo, volo pro virili mea Dominationem
 Vestram Reverendissimam omni studio et
 obsequijs meis mihi Demereri. De transi:
 tu vero Majestatis Regie, et qua iter
 factura est per hanc agritudinem mea
 adhuc mihi non satis constat sed bre:
 vi intelligam et Reverendissimam
 Dominationem Vestram si fieri poterit

Faciam

181
faciam certiore. Cujus gratia me et ob:
sequia mea ex corde commendo. Da:
tum Torunij 1520. in majo. ~